



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

CCCLVIII. Das Kloster Gramzow nimmt den Rath zu Prenzlau, auf dessen  
Bitte, in die Gemeinschaft seiner geistlichen Verdienste auf, am 19. März  
1288.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

CCCLVIII. Das Kloster Gramzow nimmt den Rath zu Prenzlau, auf dessen Bitte, in die Gemeinschaft seiner geistlichen Verdienste auf, am 19. März 1288.

Reuerendis et in cristo dilectis domine Abbatisse Ceterisque sanctimonialibus in Prinzlawe Th.(eodoricus?), dei gracia prepositus, Prior Totusque Conuentus in Gramsowe Cum deuotis Orationibus obsequiosam ad queuis beneplacita voluntatem. Non ignorat, sicut credimus, vestre deuotionis intentio, quantum apud altissimum proficiant Orationes fidelium ad salutem. Quod potest euidenter perpendi per hoc, quod a nobis fraternitatem et Orationum suffragia postulastis. Sed dolemus, quod primi non eramus in precibus, tarditatem nostram uehementer reprehedentes, quod nos in tam pie mentis desiderio preuenistis. Nunc autem, quia primum bonum odorem vestre noticie suauiter olefecimus, gratanter annuimus postulatis, fraternitatem et Orationum nostrarum munus, quamuis inpares vobis in meritis, singulis vobis et vniuersis conferimus, post mortem vobis facturi, cum dies obitus vestri nobis fuerint nunciati, quod Ecclesia nostra hiis consuevit facere, qui in huiusmodi fraternitatem taliter sunt recepti, et quoniam a sancta societate vestra nobis huiusmodi Caritatis obsequia petimus exhiberi, Obnixè rogamus, vt Orationum nobis manus mutuas in hoc procelloso mari, quod nauigamus, in alterutrum porrigamus, quatinus is, qui imperat uento et mari, fluctus suos sic nobis modifcet, vt in salutis portu mereamur feliciter collocari. Amen. In Cuius rei Testimonium prefens scriptum sigillo nostro et nostri capituli fecimus communiri. Datum Gramsowe, Anno domini M° CC° LXXXVIII°, Indictione prima, Epacta XV<sup>a</sup>, Concurrente quarto, Anno solari vicefimo, Anno vero Lunari XVI°, XIII° kalendas Aprilis.

Nach dem Originale des Prenzlauer Stadtarchiues.

CCCLIX. Der Pfarrer zu Prenzlau, Johann von Stegelitz, genehmigt eine Altarstiftung, am 9. Februar 1299.

In nomine domini amen. Quoniam ea, que in tempore aguntur, cum temporis fluxibilitate eueniunt in obliuionem, nisi scripture testimonio recipiant firmamentum, Johannes de Steghellicze, plebanus in prempflow, recongnosco per presentes et vniuersis cristi fidelibus, ad quos prefens scriptum peruenerit, Orationes in cristo sempiternas iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, Hinc est dominus Hinricus gatow, presbiter, et Elyzabeth, soror eius in prempflow, que Elyzabeth est uxor Hinrici de byfmarke, Et Hinricus bifmarke, prefate ciuitatis ciuem (sic), pia moti deuocione ad culmen diuinum auementandum, supplicauerunt pro quomodo (sic) et vtilitate suorum predecessorum et remissionem suorum peccaminum tres manfos in campo dicte ciuitatis prempflow, Quorum preces exaudiui et meam voluntatem adhibui cum consensu predictorum ciuium ac consulum ac burgenfium prempflow licenciaui erigere, construere et fundare altare vnum in Ecclesia sancti Jacobi In honorem beate virginis marie prempflauie ciuitatis De istis tribus manforum redditibus perpetuis temporibus duraturum. Premiffis, siquidem est